



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam  
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna  
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

**Vastovius, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.**

Algothus. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38534**

ALGOOTHVS ORDINIS MI-  
NORVM S. FRANCISCI FLO-  
RVIT ANNO CHRISTI 1345.

CLEMENTE VI. Pontifice.  
FRIDERICO III. Imperatore.  
ERICO XII. Rege.

**A**LGOOTHVS bonam à Deo sortitus animam à puero pieta- <sup>B. Algothus.</sup>  
tem cum litteris audiissime imbibit, & postquam huma-  
nioribus exultus fuissest, Lutetiam Parisiorum ad foli- <sup>Parisius Doctor</sup>  
diora studia sese contulit, ibique partim Philosophicis <sup>S. Theol. insi-</sup>  
partim Theologicis tamdiu operam dedit commentatio- <sup>gnitur.</sup>  
nibus, donec Doctoris in Sacra Theologia gradum fuit meritus & con-  
secutus. Inde postmodum rediens tam amplio litterarum dotatus talen- <sup>Redux D. Fran-</sup>  
to Deo inservire dispositus statimque seculo renuncians habitum sulce- <sup>cisi familia</sup>  
pit Franciscanum. Quare liberior in seruitijs Diuinis factus bonis operi- <sup>adscribitur.</sup>  
bus perpetuo erat intentus, ut malignus spiritus hostis humani generis <sup>Otium pero-</sup>  
perpetuus eum semper occupatum inueniret. Castitatis fuit per quam <sup>fus.</sup>  
studiosus, obedientiae sanctæ constanter addictus, paupertate & humili- <sup>Concionator</sup>  
tate facile omnes anteibat, concionibus quoque ad populum frequen- <sup>vehemens &</sup>  
tibus mirifice incendit corda auditorum & animos ad pietatem com- <sup>efficax.</sup>  
mouit. Erant enim verba illius spiritu plena intimos animi recessus pene  
trantia. Porro cum ubique tum Scaris præsertim ubi Cœnobitis præfuit <sup>Cœnobio Sca-</sup>  
egit, magna doctrinæ ac sanctitatis suæ reliquit monumenta. Tandem <sup>renipreest.</sup>  
laboribus fessus tribus ante mortem annis cœcitate ad maiorem merito- <sup>Cœcitate triè-</sup>  
rum cumulum & ad patientiæ præmium vberius, & graui percussus do- <sup>ni laborat &</sup>  
lore calculi fine quieuit beato. Aderat tunc Scaris D. Brigitta & Deum <sup>S. Brigitta pro</sup>  
præpotentem sollicite precabatur pro Algotho ut sanaretur, orando au- <sup>eius incolamini-</sup>  
tem in spiritu tale responsum accepit. Ipse est stella quedam fulgida; non <sup>tate Deum pre-</sup>  
expedit ut fuligine vitæ mortalis denigretur eius anima. Iam enim certa- <sup>catur.</sup>  
men certauit & cursum consummavit & nihil restat nisi ut coronetur. <sup>De certaminis</sup>  
Et hoc erit tibi signum quod ab ista hora alleuiabuntur dolores carnis: <sup>ipsius termino</sup>  
verum anima ardenter inflammabitur charitate mea. Deinde ad ani- <sup>responsum ac-</sup>  
mam conuersa vox: Veni electa mea in gaudium quod desiderasti, veni <sup>Voce Dominae e-</sup>  
ad perfruendum dulcedine quæ nunquam finietur, fonte vita inebria- <sup>uocatur eius a-</sup>  
beris cuius riuulos tantopere situisti. Quæ dum cupide audiret Beatus <sup>nima.</sup>  
spiritus corporeis exolutus vinculis superiorum choris est insertus. Ob-  
ijta autem anno post Christum natum 1345.

Deo lib. 6. reuel. S. Brig. c. 31.

H 3 ISRAEL